a *Legitima.* Habes hic, q̄ donatio inofficiosa facta in prejudicium filiorū iam natorū reuocatur p̄ q̄relā inofficiosa donationis, vsq; ad legitimā tñ, & nō in totū. sup quo de iure cōi fuerūt diuersæ opi. inter Azo. & Hugoli. glossatores. vt dicit glo. in. l. 1. C. de inof. dona. in gl. mag. §. q. & opi. Hugoli. ibi recitata distinguentis inter donationem inofficiosa re & cōsilio factā: vel re tantū magis cōiter per doct. ibi approbat & ita attestat Soci. cōf. 116. col. 1. vol. 3. hæc. l. approbat opi. Azo. vt nulla facta distinctione tñ vsq; ad legitimā reuocet, quā opinionē etiā tenet Bal. in. d. l. 1. col. 4. & sub dubio forte dicit ibi Pau. col. 3. istā op̄ fore meliorē. & adde ad istā. l. q̄ neq; remunerado pōt parens donare in p̄iudiciū legitimæ filiorū, & sic donatio etiā remuneratoriā reuocatur vsq; ad filiorū legitimā, vt voluit glo. & ibi notat Fulg. Pau. de Cast. & Iaso. in auth. vnde si parens. C. de inof. testa. licet secus sit in liberto. vt in. l. diuus. ff. si qd in frau. patroni. Quid autē si p̄ alienet bona in frau dē filiorū titulo oneroso, an si filij reuocent vsq; ad legitimā? vi. Bar. in. l. nō vsq; adeo. ff. si qd à parēte fue. manu. & latius Bald. in. l. 2. vers. q̄ro an filij. C. si qd in frau. patro. Pau. de Cast. in. l. Imperator. ff. ad Trebel. lo. And. in addi. ad Spec. tit. de reb. eccl. nō alic. sup parte cæterū. la. 2. Alex. cōf. 57. vol. 5. & an filij possint in casu, in quo p̄ dilapidat bona, petere vt eis assignet aliq̄ possessio patris p̄ alimētis? vi. Bald. in. d. l. 2. vers. sed pone p̄. & qd de bonis quæ p̄ p̄didit in ludo, an reuocet filij vsq; ad legitimā? vi. Bald. in. l. 1. C. si quid in frau. patro. & Ang. in suo tract. malefic. in parte meridore de mali dati. col. 3. & per Iaso. in. l. in executione. §. si. ff. de verb. oblig.

Lex. IX.

30 Valet donatio sine insinuatione vsq; ad quingētos morapetinos auri: & ultra non valet nisi cū licētia & sciētia iudicis loci vbi sit donatio tñ in donationibus factis à p̄ncipe vel à priuato principis non requirit insinuationem. nec in dote, nec in donatione p̄pter nupt. quāta cū que sit in summa: nec in donatiōe p̄ redēptione captiuorū, aut refectiōe ecclēsiæ vel domus aut hospitalis. Et si Imperator, donat alicui villā cū suis iurib': nō intelligit cōcessisse monetā nec merū iuriū: nisi specialiter cōcedat. Et si specialiter cōcedit nihilo minus tene facere pacem & guerrā pro eo donatarius & erunt appellationes principis. h. d.

b *Con carta.* Quando donatio excedit quingētos solidos requirit scripturam, vt hic. & in. l. donatio. & in. l. pe. C. eo. no. gl. in. c. 1. d. celi. li. 6. fallit in donatiōe, quā facit princeps priuato vel priuato principi, quæ neq; requirit scripturam, neque insinuationem, vt hic. & in. l. lancimus. in princip. vers. exceptis. & in auth. ibi posita. C. eod.

2 a **E**cclesia. Habes hic iuncto verbo quod est. j. ea. l. ibi iusticia de san gre. q̄ in generali donacione seu concessione castru, seu loci non venit merum imperium etiam si donetur ecclesie. Cuius contrarium in donacione facta ecclesie per principem tenuit Din. in quoda suo consilio relato per Ioā. And. in additio. ad Spec. tit. de iur. om. iudi. in additioe sup ver.

In noua rec. est. l. 1. 2. & 3. titu. 10. li. 5.

pastoralis. & tenuit Oldral. cōsil. 252. incipit ad qōnem. per fundamenta. q̄ ibi videbis & hoc idē qd̄ in ista. l. in hoc disponitur cautū etiā est per. l. ord. titu. 9. l. 2. lib. 5. que facta fuit ad declarationē huius. l. & l. pe. tit. 35. par. 2.

3 b **V**illa. Ville & castra sunt q̄ dā nomina, q̄ in se cōtinent iurisdictionē & honorem & districtum, & ias patronatus. vid. Bal. in c. vnico. col. 3. de capita. qui curiam vendi.

In noua rec. est. l. 3. titu. 10. libr. 5.

Bar. in. l. 1. §. siue autē. ff. de noui operis nunti. & dicūtur ville, edificia sine muris. vt patet Leuitici. 25. c. & dicit Bart. in extrauag. ad reprimē dum. in glo. super parte prouincie. & an possit rex homines suos stipendiarios alterius facere ita q̄ trāseant in eius dominio tradit Lucas de Pen. concludēs q̄ nō in. l. vnica. C. de capit. ciui. cens. li. 11. qd̄ nota ad. l. de Valladolid. & limita vt in. l. 51. ti. 18. part. 3. qd̄ autē si rex donauit mihi castrū referuatis sibi quibusdā vassallis quod castrum multiplicatum est postea in hominibus & magnitudine quæritur ad quem pertinebit illud augmentum. dic q̄ distinguendæ sunt familie vnde processerunt quid progenitores suos suffecti sequi debēt. vt. C. de agrico. & cens. l. cum scimus. lib. 11. ita Bald. in. c. 1. §. si quis de man so. col. 3. ver. sed pone. de contro. inuesti.

4 c **D**espues. Possit hoc fieri absq; alia autoritate superioris. vt not. Bal. in. l. hoc iure. ff. de iustit. & iure. licet enim ædificare villas & castra in loco proprio. vt in. l. quæcūq; C. de fundis limitro. lib. 10. tamē tale castrum, sic in loco proprio ædificatū nullā habet iurisdictionem: sed ille qui est dominus ciuitatis, quo ad iurisdictionē, est dñs illius castru. l. nulli. C. de episcop. & cler. l. qui ex vico. ff. ad municip. est enim edificium eius iurisdictionis, cuius est solū secundum illā regu. qd̄ d̄ edificatur & c. secundū Bal. in. l. 1. versu. in initio. ff. de offi. præfect. vrb. col. 2. in fi. vbi ipse ponit notabilē qōnē: ad cuius decisionē confert ista. l. ponit enim, q̄ princeps donauit mihi locū publicū, putā talem montem, & ibi ego castrum ædifico, cui deuto pro territorio totum montem, quæritur an castrū sit meū, & an habeā iurisdictionem ac si princeps donasset mihi sub nomine vniuersali, scilicet territorij: cuius resolutio est, q̄ si princeps donat sub noīe territorij venit iurisdictionē, & castrū est meū, quo ad proprietatem & iurisdictionē. vt in. l. pupillus. §. territorij. ff. de verb. si gni. si autē donasset, nō expresso noīe vniuersali dicit Bald. q̄ nō veniet iurisdictionē in cōcessione: q̄ merū & mixtū imperiū nominatim est concedendū. l. 1. ff. de offic. eius cui est mand. iurif. & hoc idē videtur velle idē Bald. in. l. à procuratore. C. mād. vbi dicit, q̄ nihil cōe habet proprietatis fundorum cum iurisdictione. hæc tamen. l. innuit q̄ si donatio talis loci fuit cum omnibus iuribus, quæ ibi rex habebat, quod venit iurisdictionē causarum ciuiliū, non tamē merum imperium. facit. l. si quando. C. de bonis vacā. lib. 10. sed tamē adhuc limitarem hoc, & intelligerem quando sub nomine vniuersali donaret, vt etiam hic innuit cum dicit villa o castillo o otro lugar, & sic q̄ sit eiusdem qualitatē & vniuersalitatē. sed quid si aliquis fecit maioriā ex facultate regis vel legis, & inter cætera bona assignauit filio maiori, & cæteris vocatis iurisdictionem alicuius castru vel villæ: an ex hoc videatur donare maioriæ omnia alia iura, & redditus villæ: & videtur quod non per suprādicta & quæ habentur & notantur in capit. vnico. de capita. qui curi. vendi. & potest induci ad hoc bonus tex. in. l. alimentorum. ff. de alsig. liber.

d **S**us derechos. Habes hic & j. cum dicit entendiēse quid comprehen datur in donacione principis, cum dicit: cum omnibus iuribus. adde l. si quando. la prima. & ibi Lucā de Penna. & Io. de Pla. C. de bo. vacan. lib. 10. vid. etiam Pau. de Cast. in. l. pro parte. ff. de seruitu.

e **D**el reyno. Quæ sunt ista habes hic. & in. l. penult. tit. 15. partit. 2. & ibi 6 dixi.

de que las alcadas i de aquel lugar, deuen ser para el Rey que fizo la donacion, e para sus herederos, e deuen fazer guerra, epaz^k por su mandado. O trosi dezimos, q̄ todo ome puede fazer donacion, por carta o sin ella, dādo quāto quisiere, para facar catiuos^l: o para refazer alguna eglefia^m, o casa derribada, e por dote, o por donacion que se faze por razon de casamiento. E aun dezimos que si algund ome quisiere fazer donacion, a alguna eglefia, o a lugar religioso: o a hospital, que lo puede fazer sin carta. Pero si quisiere dar a otro ome, o a otro lugar, puede lo fazer sin carta fasta quinientos marauedis de oroⁿ. Mas si quisiere fazer mayor donacion^o de lo que es sobredicho en esta ley, omnium iudicum.

f **M**oneda. Intel. 7 lige & declara. vt in dict. l. penult. titu. 15. par tit. 2.

g **D**e sangre. 8 Est ergo de regalibus merū imperium, vt hic vides & dicit Oldral. cōsil. 252. q̄ communiter dicit p̄ legistas merum imperiū adhærere ossibus principis, q̄ nullo modo potest a se abdicare, & fuit dictū quorundam antiquorū, vt refert Io. And. in dictis additio. ad Spec. in verbo. pastoralis. titu. de iurisd.

h **O**torgadas. Habes hic q̄ rex potest alicui cōcedere ea quæ sunt regalia & idem habetur in. d. l. pe. titu. 15. 2. part. quod nota, nam Lucas de Penna in. l. contra publicam. C. de re mili. li. 12. super hoc late insistit quod rex non possit concedere regalia in perpetuum: imo neque ad tempus nisi ille cui concederetur esset multum proba persona & vtilis regno. quod tamen talis concessio ad vitam regis concedentis tantum valeat habes in dict. l. penult. secundum quam ista est limitanda & vide quæ dixi in. l. 10. titu. 18. 3. partita. in concessione vero meri imperij. vid. quod habetur in dict. l. 2. titu. 9. lib. 5. ordi. rega. vbi & de donacionibus castrorum & villarum. an autem is qui reperitur in possessione regalium de quibus hic, cogatur ostendere titulum suæ possessionis videas per Lucam de Penna vbi supra quod sic, & nisi ostendat licite compellitur ad restitutionem eorum. adde. l. 4. tit. 1. lib. 2. & l. 9. tit. 14. lib. 3. ordi. rega. & intelligit & limitat Lucas de Penna vbi supra. In quando lis est cum rege vel ad eius petitionem in iudicium, vt ostendatur titulus: secus si quæstio sit inter priuatos.

In noua rec. est. l. 2. & 3. tit. 10. libr. 5.

i **Q**ue las alcadas. Adde. l. pen. titu. 15. partit. 2. & quæ dixi in. l. 22. tit. 13. ead. part. in glo. super verbo o le embargassen. & quæ habentur in. c. venientes. de iure iurand.

k **G**uerra epaz. Adde. l. pe. titu. 15. partit. 2. & quæ dixi in dic. l. 22. tit. 13. ead. part. in glo. super verbo o no le hiziesen hueste.

l **P**ara sacar catiuos. Adde. l. pe. C. eod. & l. fi. C. de iure dot. & authen. eo decursum. C. de donat. ante nup. vbi ista habentur.

m **E**glefia. Approbat opinionem Pilei glossato. de qua per Ioan. And. in additio. ad Specu. titu. de instr. editio. §. porro. super verbo illud. quam ibi sequitur ipse. & eandem opin. tenet Bart. in. l. illud. C. de factan. eccle. sed Bal. in. d. l. illud. tenet opinionem contrariam, scilicet quod donatio facta ecclesie ultra quingentos aureos exigit insinuationem, & videtur de mente. glos. in. l. lancimus. in princip. super verbo quingentorum. C. eo. & istam opin. tenet etiam Salic. & Pau. d̄ Cast. in. d. l. illud. ideo tene menti istam. l.

n **D**e oro. Arbitror esse castellanos aureos huius regni, quod patet ex his quæ notat Pau. de Cast. in. l. quicumque. colū. 3. C. de seruis fugit. & in. l. fin. in princip. vbi in indiuiduo loquitur de istis quingentis aureis. C. commu. de legat. & ex his quæ notat Ioan. de Pla. in. l. quoties. C. de suscep. & archa. lib. 10. & in rubr. C. de vete. numis. po. libr. 11. & Abb. in capit. 9. conquerente. de offic. ordina. adde quæ dixi in. l. 2. titu. 11. 3. partita.

o **M**ayor donacion. Sed quid si faciat pactum de non petendo aliquod debitum excedens dictam summam: an egeat insinuatione: Io. And. in additio. ad Speculat. titu. de instrumentorū editione. §. porro. in additione magna. tenet quod non. & Salice. in. l. creditor. C. de patris. gloss. tamen tenet contrarium in. l. si quis obligatione. ff. de regu.

Quintapartida.

itur. & Bart. in l. modestinus. ff. de donatio. & est magis cōis opin. secū dum Alex. in d. l. creditori. vbi Iaf. & Soc. quid autem si quis remittat poenā caducitatis, an egeat insinuatione? vid. Bal. q̄ nō in c. 1. in prin. quid iuris si post alie. valla. feu. redeme.

16 a **Concarrae con sabiduria.** Non ergo sufficeret præsencia tabellionis & testium: sed re

quiratur etiam præsencia iudicis vltra notarium: ita dicit Pau. de Ca. in l. a. ff. de re iudica. & sequit̄ ibi Alex. & añ eos hoc tenuerūt Cin. & Bal. in l. fin. C. qui admittit. quos ipsi nō allegant. vbi etiā tenet Iaf. son, dicens se ita cōsulisse. & dicit Paul. de Cast. in d. l. a. ff. quod si aliud diceretur, omnia iura lo-

quentia de insinuatione essent inania, cum de qualibet donatione conficiant instrumentum, & quotidie practicatur in isto regno, vt q̄n donatio excedit. 500. aureos in linuetur corā iudice, & opponitur in palatijs de isto defectu. neque vnquam fuit receptū, vt sufficeret instr̄m notarij: dicendum est tamen quod donatio sic excedens si fiat in actis coram iudice sufficiat, cū acta desiderant iudicis præsentiā. vt in. d. l. acta. & in. l. siue apud acta. C. de transactio. & hinc est q̄ inuentarium quod fit apud acta dicitur insinuatū. Bald. in auth. si omnes. in fi. C. si se. vt ab hære. abstineat. si tamē extra acta fiat donatio & si fiat cum tabellione & testibus, vel cū testibus requiritur q̄ postea illa donatio insinuetur corā iudice: quia insinuatio fit non solū cum præsente iudice fit donatio: sed etiā si post factum instrumentum donationis iudici intimes. vt probatur in. l. donatio. C. eod. & ibi Ang. & eo. tit. l. in hac vbi etiam notant Bal. & Ang. Et cōprobatur ex notatis per Ioan. Andr. in titu. de instrumentorum editione. §. porro. in additione magna. super verbo subscribat. Sed quid si tabellio, coram quo conficitur instrumentum donationis, esset iudex & tabellio. vid. Alexand. cons. 157. vol. 2. incipit, viso instrumento donationis. col. 1. & 2. vbi tenet q̄ tunc sustinebit tabellio vicem duorum. & coram ipso sufficit in sinuari, ex quo est iudex, sed an requiratur q̄ iudex approbet expresse donationem, vel sufficiat q̄ tm̄ sibi intimetur? gloss. in auth. vt non fiant pignorationes. §. illud quoq̄. colla. 5. in verbo gestis monumentorū, tenet q̄ requiratur expressa iudicis approbatio, & per illam gl. ita tenet Guiliel. in l. illud. C. de sacrosanc. eccle. qui etiam dicebat in insinuatione requiri causæ cognitionem: ne donans decipiatur. C. eo. l. data. & potest & debet interrogari de causis quare patrimonium suū sic exhaurit, & dicta Guiliel. recitat Bald. in l. si consul. ff. de adoptio. 1. lectu. 2. colum. versicul. tertia quæstio. contrarium tamen tenet Bar. in l. Modestinus. ff. de dona. & Bal. in d. l. illud. dicit de hoc esse casum in. l. si. C. de præ. decur. lib. 10. qui tex. hoc non bene probat: quia non loquitur. vbi donatio esset excessiua. & quod illa. l. hoc non probet licet rationē non assignet dixit Io. de Pla. in l. 1. C. de apochis publi. li. 10. in fin. primæ col. seu prin. 2. opinio Bart. & aliorum q̄ non requiratur decretū videtur probari hic, cum dicit con sabiduria. vno tamē casu procedere posset opin. gloss. & Guiliel. scilicet quando insinuatio esset contradicta per aliquos oppositores, veluti coniunctos donanti, qui dicerent ex leuitate vel ex turpi causa factam esse donationem. vt declarat Bald. quem vid. in. l. nec quicquam. §. vbi decretum. col. 2. ff. de offic. proconsul.

17 b **Del mayor judgador de aquel lugar.** Nota hanc. l. declarantem coram quo iudice debeat fieri donationis insinuatio. de iure communi non erat ita clarum. vt in. l. in hac. C. eo. & in auth. de defenso. ciui. §. nulla. & not. Ioan. Andr. in d. additio. ad Spec. de qua in glo. præcedenti.

Lex. X.

Propter ingratitudinem donatarij commissam vituperando vel de crimine capitali aut famoso: vel ex quo si probaretur, perderet donator maiorem partem bonorum accusando vel percutiendo, aut magnum damnum in bonis inferendo: siue mortem donatoris tractando reuocat donationem: sed si post donationem factam filio mater secundo nubat non reuocat donationem, nisi filius de eius morte

laboret: vel si percutit eam: seu vt ipsa perdat maiorem partem bonorum laboret, & si donator viuens non fuit conquestus de ingratitudine ad reuocandam donationem eius hæredes non possunt hoc facere. hoc dicit.

c **Alguna gracia.** Quid si donetur propter bene merita? videtur q̄ nō

reuocetur, cū ille recipit el donadio, es desconosciēte cōtra aq̄l q̄ gelo faze, faziendole grād def honrra de palabra^d, o acusando le de algund yerro^e, porque ouiesse de recebir muerte, o perder algūd miēbro, o cayesse en enfamamiēto, o perdiessela mayor partida de lo suyo si le fuesse puado, ca como quier, q̄ otro algūo pueda dezir contra la persona del q̄ faze el donadio, nō le puede dezir ni deue el ome que recibe el algo del. La segūda es, faziēdo le tuerto de fecho, metiendo manos yradas^f, en el. La tercera es, faziendo grand daño^g, en sus cosas. La quarta es, si se tra

reuoceur, cū ille nō sit pprie donatio, vt in l. acquilius. ff. eo. & facit. l. si pater. §. 1. eo. titu. vbi gloss. & glo. hoc etiam vult in. l. si. C. de reuocā. donatio. & tenet Abb. in. c. fin. de donat. col. pen. in contrarium tamē arguit Bald. in. c. 1. col. pe. vers. dicit dominus Iacob. de Raueña, q̄ demerita vltima magis præponderant, quam me

rita præcedentia, quia vltima culpa nocet. l. si per emptorē. ff. de acti. emp. sed tene quod prædixi: quia probatur in. d. l. si pater. §. 1. vbi glo. hoc tenet. & adde Iaf. in. l. ex hoc iure. col. 13. in secundo effectu obligationis antidotalis. ff. de iusti. & iure. & nota etiam, q̄ dos data non reuocatur prætextu ingratitudinis per patrem secundum Bal. in. l. si. col. 3. C. de dotis promif. Bal. & Imol. in. l. post dotem. col. 7. ff. solu. matri. Iaf. in. §. fuerat. col. 22. in sti. de actio. quod in patre verum videtur, eo quia tenetur ad dotandum. l. qui liberos. ff. de ritu nup. & sic non potest dici gratia. in extraneo tamen cum sit gratia & donatio saltim respectu mulieris. dotat^e, videtur contrarium dicendum. ad hoc faciūt, quæ dixi. §. eo. l. 8. in glo. super parte dieffe. quid autem si in aliqua dispositione maioræ caueatur prout aliqui fit q̄ inobediens patri vel possessori maioræ priuetur successione, an procedat etiam in illo inobediente qui non primo loco sed vltiori sperabat succedere. vi. tex. in. l. si. ff. de bonis liber. & facit. l. titius. & ibi Bar. ff. de test. mili. quod non: quod forte posset limitari nisi sit nepos maior, cum ille in omnē casum cessante morte eius vel culpa debet succedere. facit. l. viuo. ff. de bonis liber. & l. si quis incesti. C. de incest. nupt. & vide in. l. diuifra tres. ff. de iure patro.

d **De palabra.** Ita intelligebat Ioan. Andr. in. c. fin. eo. tit. nam de personalibus iniurijs statim subdit. & idem dicit eum fugauit, vel carcera- tum tenuit etiam sine manus iniectione secundum eum. & Alberic. in. l. fin. C. de reuocan. dona. & per istam. l. & per dict. capit. fin. patet non esse necesse, vt fæpe inferatur iniuria verbalis vel realis prout dixit Faber. in. §. sciendum. in situ. de donatio. motus per verbum effundat positum in dict. l. fina.

e **Acusando le.** Tene menti, nam non reperies hoc ita expressum de iure communi. & vid. l. qui cum maior. §. si libertus. ff. de bonis libert. & in alijs. §. illius. l.

f **Manos ayradas.** In dict. l. fina. & capit. fina. dicit impias manus, & sic non procederet hoc si se defendendo vel alias percutit donatorem. vt in capitu. ad aures. & in capitu. in quibusdam. de poenis. & in capitu. si verō. §. penultim. & fin. de sententia excommunicationis. & tenet Ioann. Andr. in dict. capitu. fina. idem si iocose secundum eum. qui & subdit idem esse si ignorauit illum esse donatorem, cum ingratitudo in ignorante notari non possit. l. si ignorans. ff. loca. capit. si vero esse gundo. de sententia excommunicationis. habebit tamen locum secundum eundem hæc. l. & si manu propria non percutit: sed per alium percuti faciat, capitul. si quis suadente. 17. quæstione quarta. iuncto capitu. mulieris. in fin. de sententia excommunicationis. & idem dicit si non manu sed pede percutiat.

g **Gran daño.** Procedit etiam si non fiat in tota substantia, vel maiori parte: quia & in minori potest graue damnum inferri, vnde hoc erit in arbitrio iudicis, secundum Ioann. Andre. in dicto capitulo fina. columna fina. & dicit probari in capitu. penulti. eodem titulo. & quid si damnum non fuit sequutum: fuit tamen attentatum? Ioan. Andre. ibi inclinatur, quod isto casu non habeat locum ista poena reuocationis, neque obstat litera sequentis casus quia ipsa illatio periculi ibi est delictum consummatum.

6 a **Alguna.** Concord. auth. quod mater. C. de reuocan. dona.
 7 b **La donacion.** Quid si promisit de non reuocando etiam prætectu in-
 gratitudinis. vid. quæ dixi in l. 67. titu. 18. part. 3. & quid si fuerunt plu-
 res donatarij vnus rei indiuiduæ, an commissa ingratitude contra
 vnum tantum reuocetur donatio in totum. vid. in arg. l. si quis hac le-
 ge. §. quotiens.
 & ibi gloss. ff. q.
 & à quibus. &
 per gloss. & Al-
 beric. C. de li-
 ber. & eorum
 liber. l. 2.

8 c **Sus herederos.** adde. d. l. si. C. de reuoc. don. & c. fi. isto tit. & l. 1. & l. 1. his solis. vbi Bald. C. de re. dona. & facit. l. omni modo, in prin. C. de inoffi. testa. & l. nō tantum. §. si emancipatus. ff. de bonor. possess. contra tab. l. 1. in fine. ff. ad sylla. l. 2. & l. diui fratres. ff. de iure patro. l. procula. ff. de probat. limita nisi donator

baja en alguna manera de su muerte. Mas si muger alguna a auiedo fijo de su marido, despues de la muerte del, faze donaciō^b al fijo, e se casa cō otro, como quier que diximos de sufo, que son quatro razones, porq̄ puede ome reuocar la donacion, en tal caso como este, non son mas de tres. El primero es si despues de la donaciō se trabajo a la muerte a la madre. El segūdo si metiere e ella manos yradas. El tercero es si se trabaja de fazer le perder todos sus bienes, o la mayor partida dellos. E por qualquier destos tres casos sobredichos puede tal madre reuocar la donacion que ouiesse fecho a su fijo. Estas razones de desconoscencia que dezimos en esta ley, puede las poner, e razonar, aquel que fizo la

fuisse conquestus dum vixit. l. quæ à patre. C. de restitu. mili. vel iniuriam ad animū reuocasset. l. si. C. de iniur. vel coepisse vel præparasset se ad reuocationem, vel dum venisset ad mouendū huiusmodi litem mortuus est. l. posthumus. §. fin. ff. de inoffi. testa. l. sancimus. in fin. C. eod. titu. item limita nisi ex pacto apposito, vel alias propter talem ingratitude, donatio reuocaretur ipso iure: nam tunc transfret in hæredem etiam querela non præparata. quia iniuria quæ trahit secum executionem, transit in hæredem, vt notatur in l. 3. §. quod ait prætor. ff. quod quisque iur. & tenet in terminis Bal. in. §. in super. col. fi. versi. ex his etiã. de prohibi. feu. aliena. per Frede. & sequitur Florenti. in. d. c. fi. vbi vid. Ioã. de Im. col. 6. ad fi. nititur impugnare hoc dictū: præcedens tamen opinio est verior & communis, quã & tenet Bart. in. d. l. 1. ad. fi. primæ col. ff. de priua. delictis, Aluarotus, & Card. Alex. in. d. §. in super. Soci. consi. 66. col. pe. vol. tertio. limita etiam si donator ignorauit causam ingratitude, vel si sciuit non habuit tempus competens ad agendum. arg. c. cum in veteri. de electio. & c. fi. de donatio. & eius quod notat glo. in. l. fideicommissū. C. de fideicommiss. & in. l. sororem. C. de his quibus vt indig. secundū Ioan. And. & Abb. in. d. c. fi. super glo. fi. Item limita & intellige istam. l. in hoc quod dicit q̄ sit opus quod donator reuocet propter ingratitude in donatione perfecta & alias irreuocabili si enim de sui natura esset reuocabilis vsque ad mortem vt illa quæ fit per viam maioris vel donationis in tertia bonorum iuxta. ll. regni, tunc videtur quod ipso iure reuocetur. arg. l. 3. §. fin. ff. de adimen. lega. limita tamen hoc nisi prælegatum seu donatio reuocabilis haberetur loco institutionis quia tunc necessaria esset exhæredatio in filio: quia quando prælegatum seu diuisio bonorum facta per patrem, est ita magna quod videtur succedere loco institutionis seu hæreditatis relicte iudicatur tanquam institutio non tanquam legatum. Bart. in. l. marcellus. ff. ad Trebel. & nota. quod in casu quo reuocatur licet superueniat postea calamitas magna filio ex quo diceretur pater miserus filio non tamen reintegratur donatio. l. non putauit. §. si quis emancipatus. n. ver. postliminio autem. ff. de bono. possess. contra tabul. An autem contra hæredem donatarij ingratu possit donator agere glo. in dict. cap. fi. videtur velle quod non ex quo tacuit donator in vita donatarij. & idem vult gloss. fin. in dict. l. si. & sequitur ibi Cin. Bald. Ange. Ioan. Andr. & Abb. in dict. c. fi. nam ista actio dicitur quasi actio iniuriarum, quæ tendit ad vindictam: igitur si non fuit intenta, neque competit contra hæredem neque hæredi. l. cum emancipatus. §. emancipatus filius. ff. de colla. bono. & quod notatur in. l. si ille. vbi Ioan. de Plat. C. de decurio. lib. 10. In contrarium tamen facit quod habetur in. l. fina. C. de adulter. de muliere decedente ante motam quæstionem adulterij, quod nihilominus marito competat ius contra hæredem mulieris, & solue, vt per Ioan. de Imo. in dict. cap. fina. col. 7. ex cuius dictis collige q̄ si

donatario non fuisset res tradita, sed promissa tunc poterit exceptio-
 ne se tueri donator contra hæredem donatarij.

Lex. XI.

20 **Donatio causa mortis infirmatur si donatarius moritur antequam donas aut poenitet donantem: aut si conualecit de infirmitate, & donatio causa mortis fieri potest ab eo qui habet testamēti factionē, & debet fieri coram quinq; testibus. & filius familias licet non possit facere testamentum: potest facere donatio nē causa mortis, de parentis consensu, item nō tenet donatio viuel metu facta. h. dicit.**

Ley. XI. De las donaciones q̄ fazen los omes se yedo enfermos, quales deue valer, e quales nō.



Las vegadas fizē los omes donaciones, estando cuytados en enfermedades, o temiēdo otros peligros de q̄ no cuydauan estorcer: e porende queremos aqui fablar de las tales donaciones. E dezimos, q̄ la donacion q̄ ome faze de su volūdad, estando enfermo, temiēdo se de la muerte, o de otro peligro q̄ vale. Pero tal donacion como esta, puede ser reuocada, en tres maneras. La primera es, si se muere ante aquel a quien es fecha, que el otro que la fizo, La segunda

Ad tit. C. de dona: caus mortis.

Donaciones. Nota tamen q̄ appellatio-

ne donationis non semper venit donatio causa mortis: quia non est proprie donatio. l. 1. §. 1. ff. eod. vn̄ de dic quod si istud verbum ponatur permissi tē, tunc non includitur donatio causa mortis. l. si filius. ff. eodem. si verò ponatur prohibitiue, vt si statutum dicit quod mulieres non possint donare tunc includitur donatio etiam causa mortis. Bald. in cap. 1. in princ. nume. 26. de prohi. feu. alie. per Freder. & facit ad. l. regni prohibentem mulierem contrahere sine licentia viri, quod neque possit donare causa mortis. In contrarium tamen facit. l. fina. C. de donat. causa mortis forte. potest dici quod si ista donatio fiat pacto vel stipulatione: quia tunc accedit magis contractui quam vltimæ voluntati exigatur mariti consensus: si vero fiat sine pacto: quia tunc magis accedit vltimæ voluntati non exigatur. hæc distinctio colligitur ex dictis Bald. in. l. prima. C. de donatio. caus. mort. & quod donare sit contrahere. vid. l. si donationis. & ibi glo. C. quod metus caus.

c **De la muerte.** Debet ergo in donatione hac fieri mentio mortis vel periculi, vt dicatur donatio causa mortis: neque enim eo ipso quod moriens donet, videtur donare causa mortis. vt in leg. Seya. §. fina. ff. de donatio. causa mortis. ita dicit Azo. C. eodem. in summa. si tamen ex actis de hoc constaret staremus certo. vt not. Bartol. in lege quæ dotis. columna secunda. ff. soluto matrimonio. & in dubio vbi fit mentio mortis, præsumitur donatio causa mortis, vt in di. l. Seya. §. fina. l. Seya. ff. de dote prælega. gloss. in. l. mortis causa. §. titia. ff. de donatio. causa mortis. Cin. & alij in lege secunda. C. de iur. dot. & vide in materia text. not. in capit. de his. de sepultur. & Alexand. consil. 81. volumine primo. & consilio. 14. eod. volumi. & consilio. 78. volum. 4. incipit visis quæ allegantur. & consilio. 81. primo volum. & Soci. consilio. 53. volu. 1. & consilio. 232. secundo volum. & in donatione causa mortis facta per eum qui de propria vita desperauit, tacite intelligitur conditio si de illa infirmitate decesserit, licet secus sit in hæredis institutione secundum Bald. in. l. fina. C. de posthu. hæred. instituendis. & hæc verba, dono tibi post mortem meam, vel vtere bonis meis post mortem meam: an inducant donationem causa mortis, vel inter viuos? vid. Bald. in. l. si mortis. & in. l. in donationibus. C. ad l. falcid.

f **Que vale.** Sed an transeat dominium sine traditione. vid. Bald. in. l. si mortis. C. ad l. falcid.

g **En tres maneras.** Adde. §. primum. institut. de donatio. & leg. non omnis. ff. si certum petatur. leg. Senatus. de donatio. causa mortis. & repetit donator causa mortis fundum donatum cum fructibus. l. cum quis. ff. de condi. ob causam. & potest agere contra emptorem, qui emit à donatario eo viuente. secundum Barto. in. l. illud. §. primo. ff. de donat. causam mortis.

in nou. re
p. est. l.
tit. 10. li
r. 5.
in nou. re
op. est. l.
o. tit. 7. li
r. 9.

alios duos casus in. l. 1. tit. 9. lib. 5. ordi. versicu. los maraueis de iuro que compraron. & in. fi. iulius. l. adde alium casum. in. l. 19. tit. 4. lib. 6. ordinam. rega. adde etiam qd compellitur quis vendere ob necessitate reipublica. argu. l. 1. in. fi. C. de cadu. tollen. notat Ange. in. §. fi. in. fi. d. donatio. adde etiam. l. si quis sepulchru. in. princ. ff. de religio. & sum. fune. per qua.

l. dicit ibi Gui
liel. & sequitur
Floria. qd si re
ligiosi: non ha
beant locu ad
habitandum
congruetē, vel
sufficientē qd
possunt pete
re: qd loca sic
conde cētia eis
assignetur, &
ea ratione co
gitur vicinus
vēdere domū
qa fauore pu
blica vtilitatis
cōpellitur qs
vendere rem
suam. & idem
tenet Bar. Ce
pol. in suotra
cta. de seruit.
viba. prædio.
c. fin. qui alios
refert lic & a
lias dicebat
Ioan. Andre.
in additio. ad
Specul. titu. de
execu. senten. in prin. qd ad erectioem furcæ compellitur quis vende
re solum suum.

no la fiziesse a miedo no valdria. Pero si dos omes ouiesse vn sieruo de fo vno, e el vno dellos lo quiesse aforrar, e el otro non, aql que lo quiesse franquear bien podria comprar la parte del otro, maguer non gela quiesse vender, e dā do le precio cōueniente e guisado por el, segūd aluedrio de dos omes buenos podria le apremiar por el suez del logar que lo resciba, maguer non quiera: e desamparar el sieruo porque pueda ser frāqueado. E esso mismo dezimos, que seria si alguno ouiesse su sieruo, a que fiziesse premia s malas, esin guisa, como si le diesse poco de comer, o si le fiziesse de malas feridas, o le mandasse fazer alguna cosa contra razon, e contra derecho. E por qualquier destas razones, o otra semejante dellas, pueden apremiar segund derecho a su señor

- 2 a **C. Amiedo.** Adde. l. si donationis. C. quod met. caus.
- 3 b **C. Comprat.** Adde. l. 1. §. his Itaq; C. de commu. seruo manumif. & §. in sti. de dona. & l. 2. titu. 22. partit. 4.
- 4 c **C. Precio conueniente.** Non ergo habet locum taxatio de qua in. d. l. 1. §. ne autem. C. de communi seruo manu. vide quæ dixi in. l. 2. titu. 22. part. 4. in glo. super parte por precio derecho.
- 5 d **C. Poco de comer.** Adde. l. 6. titu. 21. parti. 4.
- 6 e **C. Contrarazon.** Vt si dominus vrgeret ancillā ad impudicitiam, & castitatis violationem secum vel cum alio. vt in. l. 2. in prin. & ibi gl. i. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur.

Lex. IIII.

- 3 a Non potest tutor rem pupilli vendere nec alienare nisi in causa necessaria & cum iudicis decreto: nec potest rem pupilli emere nisi iudice autorizante vel cum alterius contutoris consensu: & quanuis sic emerit restituetur si est læsus ad quatuor annos post legitimam ætatem. hoc dicit.
- 3 b **C. Estos atales.** Idem dic de curatoribus. l. 2. C. de prædi. mino. & ff. de rebus eorum in rubrica. & per totum. & l. 6. titu. 18. parti. 3. & quæ ibi dixi. l. 16. titu. 16. parti. 6.
- 3 c **C. Enagenar las cosas.** Large hic accipitur pro quacunq; specie alienationis. l. non solum. C. de præ. mino. l. fi. C. de rebus alie. non alie. & tenet Azo in summa. C. de præ. mino. col. 2. & cōprehendit etiam hypothecam. l. 1. in prin. cū gl. bi. ff. quæ res pigno. obli. possunt & l. si consensu. ff. quibus mod. pig. vel hy. sol. l. 1. §. fi. cū. l. seq. ff. de rebus eorū posset tamen tutor vel curator pro obseruantia contractus liciti, quem facit in rebus minorum generaliter obligare bona minoris, sicut & potest prælatus, vt in. c. nulli. de reb. eccles. non alienā. & ibi Hosti. loa. An. Card. & Abb. & tradit Alex. conf. 118. col. pe. vol. 5. versu. in super. vbi dicit istam esse magis communem opinio. sed licet hoc procedat in prælato, in quo non videtur prohibita generalis, sed specialis hypotheca tātū, vt in. d. c. nulli. & in. §. nosigitur. in authen. de non alie. aut permu. reb. eccle. colla. 1. & ibi glo. in tutore vel curatore nō credere in generali hypotheca includi iur. mobilia, si nō fieret cum decreto iudicis per prædicta, & per tex. in. l. pe. C. de his qui ve. æta. impe. & qa esset eadē ratio: nā ita ex hypotheca generali veniretur ad distractionem rei immobilis, sicut ex speciali prout etiam in prælato dicebat Anto. & Io. de Imol. in. d. c. nulli. & adde. ff. de rebus eorum in rub. & Io. de Pla. in. l. 2. C. de prædi. decu. li. 10. & vide glo. & Bal. in. l. curator. C. si res alie. pig. data sit.
- 3 d **C. Las cosas.** An intelligatur etiam de mobilibus iuxta dispositionem

l. lex quæ tutores. C. de admi. tut. videtur qd non sed tantum de immobilibus. vt in. l. 18. tit. 16. partit. 6. cogita quia. l. ista generaliter loquit & licet. d. l. 18. tantum excipiat seruos antiquos. idem videtur in alijs rebus mobilibus quæ vtilis essent & seruari possent vt in. d. l. lex que tutores & ratio suadet ne sit in potestate tutoris solius mobilia pre.

que lo veda: es tenuto el señor de vender lo maguer non quiera: alsí como diximos é la quarta partida deste nuestro libro en el titulo que fabla de la libertad.

Lex. IIII. Como los guardadores non pueden comprar ninguna cosa de los bienes de los huerfanos que tienen en guarda.



Tutores son llamados en la tin los q son guardadores de los menores de catorze años. E estos atales fno de iue enagenar las cosas de los huerfanos fueras ende, quando les fuessen tã grã mester q nō podria al fazer, o por grã pro dellos, k e estocese ha a fazer cō muy grã sabiduria, le cō otorgamiēto d l juez m al logar n. Pero dezimos q ninguno de los guardadores, nō puede cōprar ningūa cosa, de las q fueren de aql, o que tienen

- ecclē. & tenet Barto. in. l. magis puto. §. in primis ad finem. ff. de reb eorum. & glo. vbi vi. alios casus in. l. ob æs. C. de præd. mino.
- k **C. Pro dellos.** De iure communitantum videtur permitti propter æs alienum, vt in. d. l. 1. §. si æs alienum. ff. de rebus eor. vnde Ioannes de Plate. in. l. fina. in additione. C. de iure reipubli. libro. 11. assignans differentiam inter pupillum & ciuitatem, dicit quod pupillus non vedit rem immobilem, nisi vrgente debito, sed ciuitas vedit pro suo commodo, licet debitum non sit. l. fina. C. de venden. rebus ciui. libr. vndecimo. ista. l. vult quod etiam pro magna vtilitate minoris res immobilis possit distrahi, sicut & fit in reb. ecclesie. capit. sine exceptio ne. 12. quæstione. 2. notat glo. ea. caus. & quæstione in summa. & forte in hoc ista. l. sequita est dictum Speculato. titu. de emptio. & venditio. §. nunc dicendum restat. versu. hoc quoque. ibi, aut ob euidētē vtilitatem pupilli. & adde glo. in. l. quæcunque. C. de bonis quæ libe. & ibi Bald.
- l **C. Con muy gran sabiduria.** i. Cū cognitione causæ. l. magis puto. §. nepaf sim. ff. de rebus eor. l. ob æs. C. de prædi. mino. tradit Speculat. tit. de emptioe & venditione. §. nunc dicendum. versu. hoc quoque, De cuius qui alios allegat consilio. 403. columna. 2. ad fi. & ibi habetur, quæ debeant interuenire in ista causæ cognitione, & dicit ibi Specula. quod vbi decretum iudicis reperitur interpositum, præsumitur omnes solennitates fuisse adhibitas, tradit etiam Ioan. de Imol. consil. 98. quod tamen est limitandum, nisi ex breuitate temporis arguatur decretum fuisse interpositum sine causæ cognitione, vt consuluit notabil. Petr. de Anchar. consil. 83. incipit: visis diligenter actis & actitatis. quam de cisionem dicit singularem Iason in. l. nec quicquam. §. vbi decretum. column. 17. ff. de offic. procon. super quo adde quæ ipse dicit ea colū. versu. nota & secundo diligenter. & quod not. glo. in. l. 2. C. de fide in stru. & iure hæl. fisca. li. 10.
- m **C. Otorgamiento del juez.** Adde. d. l. 1. in princ. ff. de reb. eorum. & d. l. ob æs. C. de prædi. mino. requirunt ergo tria vt dicit glo. in. d. l. iudicis decretum, & causæ alienadi, & presentiatutoris, vel curatoris. adde. l. 60. & quæ ibi dixi titu. 18. parti. 3.
- n **C. Del logar.** Non aperit cuius loci an domicilij vel vbi res sita est. & videtur quod loquatur de iudice domicilij & adde legem. magis puto. §. illud. ff. de rebus eo. lex tamen si prædium. C. de prædi. mino. exige re videtur, qd sit iudex loci vbi res est. vbi Cy. Alber. & Bal. tenent qd vterque sit iudex competens. idē tenet Bal. in. l. 1. C. de contra. empt. neque ista. l. hoc videtur negare.

ti ofa alienare, cum hæc immobilibus æq parētur iuxta notata p gl. in c. tua. de his q fiunt a præla. sine consen. cap. & in. c. vnico. de cleri. ægro. lib. 6. an tamē possit pignorare mobilia ad vtilitatem minoris. vi. in. l. 8. tit. 13. j. ea. parti. **C. Gran mene** **Ad tit. C.** de prædijs mino. & de reb eorū. & de admini str. tutorū & in. l. 17. & 18. titu. 16. part. 6.

ff. de reb eorū l. 18. tit. 16. part. 6. vbi ponit alias causas vel si pupill' ali non possit aliunde. vt in l. Sancimus. C. de sacrosanct.

6 **C. Con muy gran sabiduria.** i. Cū cognitione causæ. l. magis puto. §. nepaf sim. ff. de rebus eor. l. ob æs. C. de prædi. mino. tradit Speculat. tit. de emptioe & venditione. §. nunc dicendum. versu. hoc quoque, De cuius qui alios allegat consilio. 403. columna. 2. ad fi. & ibi habetur, quæ debeant interuenire in ista causæ cognitione, & dicit ibi Specula. quod vbi decretum iudicis reperitur interpositum, præsumitur omnes solennitates fuisse adhibitas, tradit etiam Ioan. de Imol. consil. 98. quod tamen est limitandum, nisi ex breuitate temporis arguatur decretum fuisse interpositum sine causæ cognitione, vt consuluit notabil. Petr. de Anchar. consil. 83. incipit: visis diligenter actis & actitatis. quam de cisionem dicit singularem Iason in. l. nec quicquam. §. vbi decretum. column. 17. ff. de offic. procon. super quo adde quæ ipse dicit ea colū. versu. nota & secundo diligenter. & quod not. glo. in. l. 2. C. de fide in stru. & iure hæl. fisca. li. 10.

7 **C. Otorgamiento del juez.** Adde. d. l. 1. in princ. ff. de reb. eorum. & d. l. ob æs. C. de prædi. mino. requirunt ergo tria vt dicit glo. in. d. l. iudicis decretum, & causæ alienadi, & presentiatutoris, vel curatoris. adde. l. 60. & quæ ibi dixi titu. 18. parti. 3.

8 **C. Del logar.** Non aperit cuius loci an domicilij vel vbi res sita est. & videtur quod loquatur de iudice domicilij & adde legem. magis puto. §. illud. ff. de rebus eo. lex tamen si prædium. C. de prædi. mino. exige re videtur, qd sit iudex loci vbi res est. vbi Cy. Alber. & Bal. tenent qd vterque sit iudex competens. idē tenet Bal. in. l. 1. C. de contra. empt. neque ista. l. hoc videtur negare.

o **C. De aquel.** Adde legem cum ipse. C. de contrahenda emptioe. & In nou. re legem in emptioe. §. finali. ff. eodem. hodie per. l. ordi. titu. 5. lib. 5. cop. est. l. neque publice neq; clam. licet tutori vel curator emere res minorū, 23. titu. 11. li. Partida. v. C. iij

Quinta partida.

sed an per illam. l. corrigat ista: ita q̄ neq; liceat tutori emere rem pupilli. etiam cum autoritate iudicis, vel alterius cōtutoris? videbatur q̄ sic quia in casu illius. l. non poterat tutor alias emere, nisi auctorante alio tutore vel iudice quia ipse non potest sibi suam autoritatem interponere. l. i. in fi. ff. de auto. tuto. & ita intelligit Ang. & Alberi. in. d. l. cū ipse: cōtra-

riū tamē imō q̄ illa lex non corrigat istam videt verū, nā & de iure cōmuni antiq̄ se cundum cōem opin. tutor se auctorante pōt emere à pupillo maiore infante palā & bona fide: vt not. Bart. in. l. pupill. §. fi. ff. de auto. tuto. & per docto. si gnāter Sal. in. d. l. cū ipse. C. de cōtra. ēpti. istum ergo casum in corrigat illa noua lex. si ergo e-

en guarda: fueras ende, si lo fiziesse cō otorgamiēto del juez del lugar, o d' algu no otro q̄ lo ouiesse otrosi en guarda tã bié como el. E aū ha menester, que aque llo que desta guisa comprare del: q̄ sea a pro del huerfano: e nō a su daño. Cafi en gañado se fallasse el menor, por razō de tal vēdida, puede la desfazer, despues q̄ fuere de edad complida, fasta, quatro años así como dezimos en las leyes q̄ fa blan dela guarda delos menores, e delos bienes dellos.

Ley. V. De como los adelantados, ni los juezes ordinarios, non pueden cōprar ninguna cosa, en aquella tierra en que han poder de judgar.

mat bona fide cum autoritate iudicis vel alterius tutoris, poterit vt hic habetur super quo latius distinguit vt per Bart. in. d. §. fin. d. l. pupill. & per Saly. & Pau. de Cast. in. d. l. cum ipse.

10 a **¶ Con otorgamiento.** Intelligit si res mobilis esset, alias si immobilis: vt r̄ū que requireretur, autoritas scilicet tutoris & decretum iudicis, vt decia rat Bart. in. l. si curatorem. C. d. in integ. resti. mmo. & vi. Bar. in. l. i. ff. de rebus eo. & quid si tutor esset minus legitime constitutus, an sufficiat decretum iudicis cum tali minus legitimo tutore. vi. Specul. ti. de tutore. §. generaliter. col. 3. vbi notabiliter.

11 b **¶ O de alguno.** Vid. gloss. in. l. §. tutor. ff. pro empto. & quod ibi dicit Pau. de Castr.

12 c **¶ En las leyes.** Vide. l. 5. & 8. titu. si. parti. 6.

¶ Lex. V.

¶ Præses aut iudex nō possit emere per se vel vel per aliū: nec familiares eius in loco suæ iurisdictionis, nisi necessaria pro victu & vestitu: bene tamen potest rē vendere sui patrimonij ante habitā. h. d.

1 d **¶ Adelantado.** Hic est qui de iure communi dicitur præses prouinciæ vt habet in. l. 22. tit. 9. par. 2. sed quid de cōsiliarijs principis an possint emere res subditorum. vi. l. fi. C. de rescin. vendi. vbi glo. & Bal. dicit q̄ non vbi & Alberic. post Odo. fre. dicit q̄ illa. l. obuiat baratarijs illorū, qui conuersantur in curijs dominorum, ne sub prætextu emptionis fraudes cōmittant. & quia male seruantur secundū eum: fiunt in curijs & officijs baratariæ multæ, ali qui vero intelligūt illam. l. in rebus priuatorum quæ subhastantur à fisco: vt proceres curiæ & cōsiliarij principum illas non emant. & istam lecturam refert & sequitur ibi Saly. quicquid tamen sit de iure cōtrarium videm? seruari de facto. vid. quæ dicam infra in glo. sequen.

2 c **¶ Iuez qualquier.** Siue sit de maioribus iudicib⁹, siue de minoribus. l. i. C. de contracti. iudicū. l. principalibus. C. si cert. pet. l. nō licet. & l. qui officij. ff. isto titu. l. si per impressionē. C. quod met. caus. vel siue sit iudex perpetuus: vel ad certum tempus de iure tamē cōmuni magis communis est opinio, q̄ ista prohibitio non habet locū in iudicibus perpetuis per tex. in. l. præsidis ibi qui perpetui sunt. ff. si cert. pet. & tenet Bar. & magis communiter doct. in. l. principalibus eo. tit. Bal. in. l. solent. §. non vero. ff. de offi. procon. & idem dicūt de officiali ad beneplacitum: quia propter incertitudinem æquiparatur perpetuo. gl. in clementi. 2. de præscript. tradit Ias. in dicta. l. principalibus. colū. 2. & secundum hoc videmus auditores regalium cancellariarū quotidie emere & contrahere cum prouincialibus: quia licet. l. regni præcipiat quod tales auditores non intelligantur nominati: nisi ad vnum annum, vt in. l. 4. titu. 4. libr. 2. ordinam. ex quo iubentur seruire elapso anno ad beneplacitum principis (vt in ordinationibus regalis audientiæ Vallis Oleti, & de consuetudine principis est, quod non solet illos mouere) iudicantur perpetui secundum Angelum in. l. eos, qui. C. si certum petatur. licet tamen hoc de facto seruetur: at tenta tamen ista. l. quæ generaliter loquitur videtur quod dicti auditores, neque alij iudices etiam perperui vel ad beneplacitum non possint emere, neque cōtrahere cum subditis iuxta dispositionem hui⁹. l.

& quia. d. l. præsidis, per quam docto. mouentur hoc non probat nisi in officialibus præsidis qui essent perpetui, in quibus non est eadem ratio prohibitionis: vel saltem non tanta sicut est in ipsi iudicibus, nam de facili per præsidem possunt corrigi oppressiones talium officialium. quod non ita de facili fit in factis iudicibus. & crederem de iure veriorem



Delantado, do otro juez q̄ quiere q̄ sea puesto para judgar, fo para fazer justicia en algũa tierra, o en algũa cibdad, o villa, nō puede comprar herediēto, ni casas, el ni otro por el. Ni otrosi ningūo de su cōpañã, i en aq̄lla tier ra, ni en a quel lugar, sobre que sō apoderados. Fueras ende, las cosas q̄ non podriã escusar, así como lo q̄ ouiesse menester para comer, i o para beuer, o para vestir. Pero si qualquier destes, sobredichos, ouiesse algũa heredad, o otra cosa, q̄ ouiesse heredado de su padre, o de alguno delos otros parientes, o ganado en otra manera, a te q̄ le ouiesse escog

opin. Guilliel. in. d. §. non ve ro. & Salice. in. d. l. principalibus. qui tenent iudices etiam perpetuos includi in hac prohibitione: imo plus possunt terræ officiales seu iudices perpetui, quā tēporales præsertim attentis verbis generalibus huius. l. quæ nullam faciunt distinctionem: quia tamē cōsuetudine cōmuni

Ad tit. de con. cū.

est recepta, forte defenderentur propter consuetudinem impressione per eos facta cessante.

f **¶ Para judgar.** Non ergo procedit ista prohibitio in officiali habente administrationem sine iurisdictione. & ita tenet Bart. in. l. auferitur. §. quod à præside. ff. de iure fisci. exactores ergo tributorum non includuntur sub hac prohibitione: licet contrarium voluit glo. in. l. pen. in parte possessoribus. C. de exacto. tribu. li. 10.

g **¶ Comprat.** Latior prohibitio est in. d. l. i. C. de cōtract. iud. & d. l. prin cipalibus. & in capitulis correctorū. c. 2. sed an hæc prohibitio extēda tur ad alios cōtractus quam emptionis vel alias positos in istis. ll. vide In nou. re cop. est. l. son in. d. l. principalibus. in prin. dicit de ceteris contractibus. & facit br. 3. l. statu liberis. §. i. ibi q̄. l. duodecim tabularū emptionis verbo. ff. d. statu. libe. & extēde istam. l. etiam si palam & bona fide emat. & etiā cum autoritate alterius administratoris secundum gloss. in. d. l. i. & tenent Bald. & Saly. in. l. quisquis. C. si cert. pet. & sequūtur doct. cōmuniter in. d. l. principalibus. vbi Ias. colū. 3. 7. limitatione licet cōtrariū voluit Andre. de lser. de feudo guardiæ in ver. finali & ibi dicit, quod si iudex emeret à magno viro sibi subdito, de quo certum erat, quod eum non timebat neque poterat timere, neq; habuerit causam vel negotium coram eo, neq; aliquis de suis dum fuit officialis ex quo cessat ratio prohibitionis cessabit ipsa prohibitio. quod dictum est notabile & illud reassumpsit Paris de puteo in suo tracta. syndicatus. fol. 36. versi. contrahere. sed non credo verum: quia licet cesset timor impressionis: adiunt alie rationes prohibitionis de quibus in dictis locis: & diuites potentes in multis indigent iudicibus.

h **¶ Ni otro por el.** Imo ex interpolatione personæ præsumitur maior fra⁹ l. pupillus. §. fi. ff. de auto. tuto. adde. l. fi. in fi. C. de cōtract. iudi. & d. l. eos. C. si cert. pet.

i **¶ De su cōpañã.** Adde. d. l. principalibus: ibi qui circa eos sunt & in rubrica. C. de contract. iudi. & nisi hoc fuerat dictum prohibitio facta principali non extenderetur ad domesticos & familiares, secundum Bal. in. l. i. C. si rector prouinciæ. per illum tex.

k **¶ Son apoderados.** Etiam si modicū sit officiū. l. si per impressionē. C. qd̄ 7 met. caus. & hoc verbo patet q̄ nō procedit prohibitio q̄n contrahit cū nō subditis extra iurisdictionē. gl. & ibi Saly. in. l. q̄s. C. si cert. pet.

l **¶ Para comer.** Adde dicta. l. i. C. de cōtract. iudi. & l. solēt. §. fi. ff. d. offi. procō. vbi & Bal. dicit de equis in quib⁹ equit̄: nā non debent ire pedites. Limita etiā si contraheret de licentia principis vt. d. l. i. & l. non licet & si emeret res paternas, quæ fuerunt confiscatæ, vt in. d. l. q̄ offi cij. ff. de contrahen. emptio. vel si acciperet donationem remunerationis causa. l. aqlius. & ibi Bart. ff. de dona. Et qd̄ si cōtract⁹ esset iuratus. dicit q̄ non firmabit iuramēto: q̄ tñ hoc prohibet odio creditotis, ser uadū est iuramētū: & postea repetēdū cōditioe sine causa vel habita absolutioe à iuramento, secundū Bar. in. l. i. q̄s. p. eo. co. 4. in prin. ver. 4. dixi. ff. de fideiussō. neq; pōt huic iuri renūtiari: q̄ iuri prohibitio non potest renūtiari vt tenēt doctores moder. signāter Deci⁹ in. d. l. principalib⁹. si tamē ei aliquid legaretur, vel relinqueretur in vltima

In nou. re cop. est. l. 5. tit. 5. lib. 2. In nou. re co. est. d. l. 5. & vid. l. 2. tit. 3. li. 2. dicit q̄ no uē recipi.

Quintapartida.

